Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nus lapsus roborasti. Vacillantes confortauerunt sermones tui et genua trementia roborasti. Nunc autem venit super te plaga et deficis. Tetigit te et turbatus es. Ubi est timor tuus? fortitudo tua, prudentia tua et spes timoris tui. Recordare obsecro te quis unquam innocens perierit aut qui recti delecti sunt quando perditi vidi eos qui operant iniquitatem et seminant dolores, et metunt eos. Flante deo periisse, et spiritu ire eius consumptos.

Cronica de nugis philosophorum. ca. iiij. s. de Chilone. Chilo qui fuit vnus de vij. sapientibus dicebat citius ad calamitates amicorum quam ad prosperitates ire.

Vnus filius Sirach. i Ecclesiastico. ca. vij. Non desis plorantibus i consolatione.

Iudicius de tribus libro v. epistolarum.
Detineo studiis aut fallaces dolores.
Exprior curis et date verba meis.

Idem metamorphoseos libro xv. et si.
Nequeque enim fortuna querenda.
Sola tua est alienis respice casus.
Minus ista feres utque exempla doletis
Nunc mea te posset relevare sed mea possunt.

Seneca de tranquillitate ad Serenum. Sive ad studia venerit omne iuste fastigium effigies. studia opes felicitate extollunt et facilime calamitatem minuunt.

Liber quartus quinte partis. Iste lib' tractat de morali consideratione uite vox de laboritate et vanitate capitulum primum.

Iob vi. ca. v. Homo ad laborem nascitur, dies ad volandum. Idem. ca. vij. Militia est vita hominis super terram, et sicut dies mercenarii dies eius. Idem. vij. ca. Sicut umbra sic dies mei super terram. Idem. xiij. ca. Homines de muliere breui viuentes tempore repleti multis miseriis, qui qui flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet.

In genesi. ca. iij. In sudore vultus tui vescaris pane tuo donec reuertaris in terram de qua sumptus es, et in puluerem reuertaris.

Paralipomenon libro primo. ca. xxviij. et. Pedes nostri qui umbra super terram et nulla est mora.

Psalmista. ps. xxxviij. Vniuersa vanitas omnis homo viuens.

Salomon i Ecclesiastico. ca. primo. Quid ad eum qui adhuc est et laborem. Idem. ij. ca. dixit Salomon cum me conuertissem ad vniuersa opera quae fecerunt manus mee et labores in quibus frustra sudauerat vidi in omnibus vanitatem et afflictionem spiritus. Sub sole et extra vanitatem et afflictionem spiritus. Cunti dies hominis doloribus et erumnis plenum est. Nec per noctem mens requiescit. Idem. ca. iij. Cuncta subiacent vanitati et etiam pergunt ad vnum locum, de terra facta sunt et in terram pariter reuertentur. Idem v. ca. Sicut e homo nudus egressus de utero matris sue, sic reuertetur et nichil auferet secum de laboris suo.

Quintilianus de ira. v. decla. In hac aspima indicio fragilitatis humane nemo pene mortalium in prime viuit.

Seneca tragediarum i Hypolito. ca. primo.
O vita fallax, abdito sensus gerens
animosque tirpibus pulchra fatis induis.

Idem i Hercule oetheo. ca. vij.
Mors sola portus erumnis dabit.

Idem de consolatione ad Martiam. plena et iste casibus vita est quibus nulla longa pax in uita fuit, et nichil tam fallax in vita hominum nichil tam insidiosum. Idem de consolatione ad paulinum. omnis vita supplicium est. Idem de remediis fortuitorum. ca. v. Peregrinatio vita est. Cum multum ambulamus domum redimus. Ibidem. ca. xxj. et si. Mores exilium luctus dolor, non sunt supplicia sed tributa viuendi. Neminem illesum fata transmittunt.

Maximianus
Iam nichil est totum quod viximus, ora senum
Tempus preterit horaque prima tenebit.

Prosper sub lxxxij. epigramate.
Instat terrenis infesta procella rebus.
Feruet per damna plus proque lucris.
Et nichil est intra carnalia nota geni
Nec pax sollicitis nec modus est cupidis.

Isidorus soliloquiorum libro. p°. ca. iij. Vita ista lacrimis plena est. Vita ista a flentibus inchoat. Flentes primum in hac miseria vitam.

Bernardus de improbitate mundi. ca. vij. 2 si.
Ecce quomodo vanitatem gloria rerum
Vmbra velut tempus veloci fine recedit.